

D. Heinsio.

/65.

Quum videre uoles, Heinsio clarissime, et hora quadran-  
tem sic collocare, ut qui temporis male impensi poeni-  
tentiam ultro accessitam uelit, adverte animum ad  
splendidas hasce nugas, quas quia nec ipse Geartius ani-  
maduersione sua dedignatus est, minus te caelantium  
credidi: quandoqui dem aliqua illius uiri, ni fallor, inde  
litteratas existimatis est. Inueniem ipsum, cuius autogra-  
~~phus~~ addidi, quo Historiae filium ab ovo ne ignores, ne  
de facie quidem notum habeo. Parente Theodoro Solto  
familiariter ego uel mei utimur. Si patri olim  
Amstamensis, nunc Graphiensi Fendalis, quem dicimus,  
locum occupat. Viri fidei atque existimationis inculpat  
Nisi hercle quod ejusdem filii primam defantiam Avunculo  
Hemelario, Canonico Antwerpensi, commissam uoluit, in  
perpetuum excusari nequit. Et enim <sup>hinc</sup> prima mali labes quo  
~~causa~~ pestis ni minus recens imbuta, aequè quidem,  
ut maneat, expurganda uidetur. Vides si interim quam  
inepte superstisiodioli sunt, <sup>illorum sacrorum</sup> miser cultores, qui dum hui-  
usmodi prodigia publice uenundant, miracula tibi nimi-  
rum; Τακὰ ~~φασκάλια~~ <sup>ΤΕΤΩΕΙΝ</sup> εἶδω uidentur. Equidem  
hinc addidici quantum literato sapiens, hinc porro Theologis  
intersit, qui quidem hoc nomine pio cuique dignus habea-  
tur. Tu uero rerum aequè diuinarum atque humanarum  
prudentissime interpres, aequi consule amici amantissimi  
frigidam appellationem, qui quouis minimo argumento  
conuentum te cupiam, nisi praecipitem pudor quandoque  
sufflaminet. Vale Vir Maxime et me ama. Haga 27.  
Iamariis 1624.

C. Hugenius.

Miserum Parentem langæ tandem ~~atque~~ Arthritidis reliquia  
adeo fatigatum deiciunt, ut vulgaris iste, in-  
nescio quem inusitatum febricula languorem conuersus  
hand paruo metu, post ipsos medicos, nos <sup>er</sup> collat.  
didi precari. Fiat uoluntas Tua, O. Aeterno!

D. Heinsio.

Clarissime Domine.

/64/.

Quod ad ultimas meas, quas pridie kalendarum Februarii,  
una cum Brabantorum delicia, ad te dedi, ne quidem serio  
respondes, adeo non succenseo, ut uel silendo commodissime  
respondisse

~~unde~~ respondisse videaris, quoniam quas illi in re futili pagellas  
 male perdidissent, aliorum gratiâ, ubi commodum erit, resti-  
 tutas velim. At in domestico luctu, qui te unum latere  
 deinceps non potest, quod verbulo mastissimum amicum non  
 affaris, qui illud benevolentia officium a te precipue ex-  
 spectavi, minus, hercule, patienter fero. Amisimus, mi  
 Heinsio, ego Parentem, tu amicum ut utriusque amantissi-  
 mum, ita tui profecto et virtutis tuæ cultorem, non  
 è multis. Talis ab illo in sempiternum futurus sum  
 qui quidlibet Heinsio condonare valeam præter unam obli-  
 vionem meam aut neglectum. Contemptum si quidem  
 ferendus sit, nihil moror, satis mihi conscius quam illum  
 promerear apud similes tuis, qui nusquam sunt. Vale  
 Viri Maxime, et vel Patri defuncti gratiâ, qui te di-  
 lexit, me ama. Haga. raptim. Idib: Febr: MDCCXXIV.

D. Heinsio.

G. Augenius

(63)

Quos mihi peregrino nobiles peregrinos commendasti Heinsio,  
 Nobilissime hæcenus omnes non vidi. Adit me unus cetero-  
 rum nomine, cui omnem operam atque officia obtuli,  
 quas debere meo mandatis tuis, et earum meritis, quos  
 amicitia tua dignatus es, palam professus sum. Si totus  
 meus sim, neque etiam otij mei momenta singula  
 ab aliorum nutu dependant, gratulaber nunc mihi  
 de tam insigni occasione oblata, quâ quanti te faciam  
 de ipsâ valeam ostendere. Sed nostri provinciam hanc, et  
 quam vacare mihi aut amicus per eam non datur. Vacare  
 tamen hisce tuis, quantum illo pacto licebit, per vin-  
 culum superioris obsequii. De Republicâ paucis te doceo  
 quod unum hic didici, nihil sperare. Abijt in fumum  
 primus ille animorum impetus, quo scilicet Hispaniam  
 omnem debellatam ibamus, cum Legati nostri increpa-  
 ventur, quod tantarum rerum deliberationi serius accede-  
 rent. Ecce ijdem illi tertium hic mensem desident.  
 patriæ commodo aut detrimento majori, merito ambi-  
 gas. qui enim quoque sub idem tempus in Galliam allega-  
 ti fuerunt, non illi adeo prosperum negotiationi suæ  
 eventum experiuntur, quem læta rerum facies adveni-  
 entibus polliceri videbatur, ab hoc Rege est, Mi Heinsio  
 qui (quod etiam in Britannia libere effatur) ab omni  
 re bellicâ alienissimis, quæcumque eò consilia spectant  
 aut petitiones nostrorum, conditionibus tam duris et iniquis  
 iuit involutum, ut satis jam planum fecerit quam  
 adhuc

ad huc